

THIRD SUNDAY AFTER EPIPHANY

Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT Psalms 96: 7-8

Adoráte Deum, omnes Ángeli ejus: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiæ Judæ. (Ps. 96: 1) Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Adoráte Deum, omnes Ángeli ejus: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiæ Judæ.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice: atque ad protegéndum nos, dexteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 12: 16-21

Fratres: Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos nulli malum pro malo reddéntes: providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: Non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindícta: ego retribuam, dicit Dóminus. Sed si esurierit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

GRADUAL Psalms 101: 16-17

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. Quóniam ædificávit Dóminus Sion: et vidébitur in majestáte sua.

LESSER ALLELUIA Psalms 96: 1

Allelúia, allelúia. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia.

GOSPEL Matthew 8: 1-13

In illo témpore: Cum descendísset Jesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce leprósus véniens, adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Jesus manum, tétigit eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra ejus. Et ait illi Jesus: Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralytícus, et male torquétur. Et ait illi Jesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic: Vade, et vadit; et álii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Áudiens autem Jesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fídem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte, et Occidénte vénient, et recumbent cum Abrham, et Isaac, et Jacob in regno cælórum: filii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus, et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni: Vade, et sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

OFFERTORY Psalms 117: 16, 17

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

SECRET

Haec hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta: et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctificet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 4: 22

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

POSTCOMMUNION

Quos tantis, Dómine, largírís uti mystériis: quæsumus; ut efféctibus nos eórum veráciter aptáre dignéris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Adore God, all you His Angels: Sion heard, and was glad: and the daughters of Juda rejoiced. (Ps. 96: 1) The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Adore God, all you His Angels: Sion heard, and was glad: and the daughters of Juda rejoiced.

Almighty and eternal God, mercifully look upon our infirmity, and stretch forth the right hand of Thy majesty to help and defend us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Be not wise in your own conceits. To no man rendering evil for evil: providing good things not only in the sight of God, but also in the sight of all men. If it be possible, as much as is in you, have peace with all men. Revenge not yourselves, my dearly beloved, but give place unto wrath. For it is written: Revenge is mine: I will repay, saith the Lord. But if thy enemy be hungry, give him to eat; if he thirst, give him to drink: for doing this, thou shalt heap coals of fire upon his head. Be not overcome by evil, but overcome evil by good.

The Gentiles shall fear Thy name, O Lord, and all the kings of the earth Thy glory. For the Lord hath built up Sion: and He shall be seen in His glory.

Alleluia, alleluia. The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad. Alleluia.

At that time, when Jesus was come down from the mountain, great multitudes followed Him: and behold a leper came and adored Him saying: Lord, if Thou wilt, Thou canst make me clean. And Jesus, stretching forth His hand touched him, saying: I will. Be thou made clean. And forthwith his leprosy was cleansed. And Jesus saith to him: See, thou tell no man: but go, show thyself to the priest, and offer the gift which Moses commanded, for a testimony unto them. And when He had entered into Capharnaum, there came to Him a centurion, beseeching Him, and saying: Lord, my servant lieth at home sick of the palsy, and is grievously tormented. And Jesus saith to him: I will come and heal him. And the centurion making answer said: Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof: but only say the word and my servant shall be healed. For I also am a man subject to authority, having under me soldiers; and I say to this: Go, and he goes; and to another: Come, and he comes; and to my servant: Do this, and he does it. And Jesus hearing this marveled, and said to them that followed Him: Amen I say to you, I have not found so great faith in Israël. And I say to you, that many shall come from the east and the west, and shall sit down with Abraham and Isaac and Jacob in the kingdom of heaven: but the children of the kingdom shall be cast out into the exterior darkness: there shall be weeping and gnashing of teeth. And Jesus said to the centurion: Go, and as thou hast believed, so be it done to thee. And the servant was healed at the same hour.

The right hand of the Lord hath wrought strength: the right hand of the Lord hath exalted me: I shall not die, but live, and shall declare the works of the Lord.

May this offering, O Lord, we pray Thee, cleanse away our sins, and sanctify the bodies and minds of Thy servants for the celebration of this sacrifice. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

All wondered at these things which proceeded from the mouth of God.

Vouchsafe, we pray Thee, O Lord, that we who of Thy bounty frequent these great mysteries, may be made worthy to enjoy their fruits. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.